



Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicae, & Legales

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

Decisiones Miscellanæ

Chiericato, Giovanni Maria

Augustæ Vindelicorum, 1730

Decisio CXXX. Argumentum. Ostenditur, quibus rationibus persuadendus sit populus ad servanda jejunia sacra, tùm Quadragesimæ, tùm Vigiliarum de Præcepto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94626](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94626)

DECISIO CXXX.

A R G U M E N T U M.

Offenditur, quibus rationibus persuadendus sit populus ad servanda jejunia sacra, tum Quadragesimæ, tum Vigiliarum de Præcepto?

S U M M A R I U M.

1. *Jejunia quibus motivis populo commendanda?*
2. *Apostoli instituerunt jejunium Quadragesimale.*
3. *Jejunium omni Feria 4. & 6. olim de præcepto.*
4. *Jejunii rigor quoad cibos, & quoad horam apud antiquos.*
5. *Jejunium opus satisfactorium.*
6. *Jejunium dat vitam longam.*
7. *Ulphonis mariti S. Birgittæ jejunia proficua.*
8. *Quadragesimalis jejunii mysterium.*

DICTUM fuit, si Parochi frequenter prædicabunt eidem populo Necessitatem, Utilitatem, ac Excellentiam jejunii, ex sequentibus potissimum considerationibus.

Primò. Quia jejunia, etsi quoad tempus sint de Jure positivo, tamen quoad se sunt de præcepto Juris naturalis. S. Thom. 2. 2. qu. 147. art. 3.

Secundò. Quia jejunia valent ad placandam iram Divinam, & obtinendam Misericordiam, ut de Ninivitis, Daniele, & tribus pueris Babyloniz ostendit Eminentiss. Card. Valerius in sua Rhetorica Eccl. lib. 2. cap. 5.

Tertiò. Quia Redemptor noster jejunavit 40. continuis diebus. Matth. 4. & SS. Apostoli jejunium Quadragesimale instituerunt; Eminentiss. Card. Baron. Anno 57. n. 199. & Eminentiss. Card. de Lauræa In Epitome Can. Verb. Jejunium.

Quartò. Quia in Primitiva Ecclesia fuit maxima observantia Jejuniorum apud omnes fideles; ita ut jejunarent omnes, etiam quarta, & sexta feria, ac Sabbato per totum annum. cap. Jejunia sanè 16. De Consecr. dist. 3. Eminent. Cardin. Baron. Anno 388. num. 81.

Quintò. Et quidem rigorosissime, idest manducando semel in die, post Vesperas, solos fructus, vel uvas assas tam fenes, quam pueri, cum orationibus, disciplinis, & elemosynis, ut notat Magrius in Hierolexic. Verb. Jejunium, & P. Menochius nelle Stuore Cent. 3. cap. 11. ubi quod hac de causa jejunium vocabatur *Ἰσοφασία*, idest comestio rerum siccarum, ut amygdalarum, nucium, ficuum, ut latius dixi in meis Decisionibus de Pœnitentia. Decis. 4. n. 11. & 15. ubi attuli Historias, & exempla.

Sextò. Quia ex jejniis non solum resultat meritum, sed etiam satisfactio penarum pro peccatis juxta illud Joel. 2. Convertimini ad me &c. S. Thom. 2. 2. qu. 147. art. 1. Emin. Card. de Lauræa in 4. senten. tom. 2. disp. 13. n. 186.

Septimò. Quia jejunium sanat corporales infirmitates, capit. Legimus 30. de Cons. dist. 5. & dat vitam longam. Pign. tom. 4. Consult. 43. ubi plura exempla.

Octavò. Quia vitia comprimit, & Dæmones fugat. S. Thom. de quest. 147. art. 1. S. Birgitta in Revelat. lib. 3. cap. 21. & in Revel. Extrav. cap. 52.

Nonò. Quia præponderat in tremendo judicio finali pro obtinenda salvatione æterna. Hinc anima Ulphonis mariti S. Birgittæ, eidem apprens, narrans se esse in Purgatorio, & per quæ

B b

quæ

Quapropter ad adjuvandos agonizantes, tanto in terrore constitutos, debet Parochus adstare, eosque orationibus, ac monitis consolari: nam præsentiam Sacerdotis Satanas timet; ut sex ab hinc circiter annis ego ipse expertus sum, dum Monialis Capuccinæ, ætatis suæ ann. 20. agonizantis animam Deo commendarem; etenim vix cubiculo exiveram, quando ipsa magno emissio ejulatu clamare cepit; auxiliare Pater, auxiliare? & intrò statim reverso, sciscitantique mihi, quid esset? aut quid timeret? ipsa sudans, & algens ait; Dæmonem horribilem, nigerrimam faciem habentem aspexi hujus ad pedes lecti, qui (Vestra Reverentia ingrediente) statim aufugit. Eam enixè rogantem, ne amplius discederem, consolatus fui, ac recitatione Litaniarum, aliisque piis precibus, & Aquæ benedictæ asperusione munivi, actibusque fidei, spei, & charitatis in Deum usque ad ejus transitum, quem eadem die in Domino complevit, nullis amplius perterrita visionibus.

Secunda ratio est, propter quam Parochus agonizantibus adstare debet, quia, etsi Dæmones visibiliter iisdem non appareant, attamen interiori terribiles tentationes suggerere non desunt in illo extremo vitæ, ut animas perdant; scriptum est enim Gen. 3. Tu insidiaberis calcaneo ejus, idest fini vitæ hominis: & Ps. 55. Ipsi calcaneum meum observabunt, quod interpretamur de fine hominis. Unde S. Gregor. 1. Moral. cap. 7. dicit; Hostis noster tunc duriores in fine laqueos tendit, & tantò sollicitius tunc insidiatur, quantum sibi solum remansisse ad decipiendum finem considerat.

Tertia Ratio est Præceptum hujus assistentiæ, quod legitur in Rituali Romano sub Rubric. De Visitatione, & Cura infirmorum: ibi: Parochus imprimis meminisse debet, non postremas esse muneris sui partes, & egrotantium curam habere, & ibi: Omnemque diligentiam in eo ponat, ut in via salutis eos dirigat; atque à diabolicis insidiis salutarium adjumentorum presidio defendat, ac tueatur. Et de modo juvandi Morientes: Ingravescens morbo, Parochus infirmum frequentius visitabit, & ad salutem diligenter juvare non desinet, monebitque, instante periculo se consilium vocari, ut in tempore præstò sit morienti.

Quarta Ratio: quia tale Ministerium non de dignatur Deipara exercere, ac ipsi Angeli Sancti, ut legitur apud Paul. Aring. in Select. Pœnit. Mort. d. lib. 2. cap. 14. & in Vita S. Philippi Nerii Petr. Jacob. Bacius lib. 2. cap. 8.

Quinta Ratio: quia ita exposcit officium veri Pastoris, à quo reddenda est Deo strictissima ratio ovium suarum; quæ si perierint ob negligentiam, inevitabilis erit ultio Divina; juxta illud Ezech. 34. 8. Vivo ego dicit Dominus Deus, quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devoracionem omnium bestiarum agri, eò quod non esset Pastor &c. ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum.

Sexta tandem Ratio: quia resultat ex hac paterna, & assidua assistentia agonizantibus magnus amor populorum erga ipsos Parochos, qui propterea enixè diliguntur, venerantur & in existimatione multa habentur; ac amplam autoritatem acquirunt, tum in corrigendis pravis moribus suæ parocciæ, tum in exigendis quibuscunque bonis operibus, & actibus devotionis ab eodem populo; ut experientia quotidiana demonstrat. Legatur mea Decis. 74. de Extr. Unct.

Doct. Clericati Tom. II. Lib. IX.

quæ opera bona effugisset infernum, ait: *Quintum est abstinentia, quam assumpsi mihi, per quam deleta est illa longa sessio, quam habui in mensa, & lo-*

- 8 *quacitas, & excessus. d. Revel. Extrav. cap. 56.*
Decimo. Tandem quia mysticam habent significationem jejunia Quadragesimæ, ac Quatuor temporum; sunt enim Decima totius anni, quam solvimus Domino, ut legitur in S. Thom. 2. 2. d. quæst. 147. art. 5. c. Quadragesima 16. de Conf. dist. 5. & Magrius Hierolexic. in d. Verb. *Jejunium.*

DECISIO CXXXI.

A R G U M E N T U M.

Item demonstratur, quibus, & quot rationibus Parochus obligatus sit prædicare populo suo Verbum Dei festivis diebus?

S U M M A R I U M.

1. *Prædicare Verbum Dei sub qua forma Parochus teneatur?*
2. *Parochi de Præcepto tenentur prædicare Verbum Dei, ex Concil. Trid. & Sacris Canonibus hic relatis.*
3. *Parochi Patavini obligantur ad prædicandum ex Decreto Emin. Card. Barbadii Episcopi.*
4. *Parochi ex pacto tenentur prædicare suis populis.*
5. *Parochi salvatio difficilis ex S. Joan. Chrysof. & S. Isidoro.*
6. *Consuetudo non prædicandi an excuset Parochos?*
7. *Parochorum prædicantium meritum, & præmium.*
8. *Temporalia premia Parochorum prædicantium Verbum Dei.*
9. *Verbum Dei pabulum Animarum.*

1 **P**ræmittendum est. Prædicationis vocabulo; Curiam Patavinam non intendere Prædicationem formalem, & declamatoriam, sed explanationem Sacri Evangelii, ac legis Divinæ, per quam absque verborum lenocinio populus erudiatur, & edoceatur ea, quæ ad salutem scire tenetur. Igitur ad hanc habendam prout in casu, relata fuerunt sequentes rationes.

2 Prima, quia ad eam obligati sunt Parochi ex Præcepto Divino. Ita testatur Sac. Concil. Trident. sess. 23. de Reformatione. cap. 1. ubi ait: *Cum præcepto Divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, Verbiq; Divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, &c.*

Secunda. Quia extat Præceptum Apostolorum: *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei.* 1. Petr. 5. 2. *& Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* 2. Tim. 4.

Tertia. Quia idem statutum est per Sacros Canones, cap. *Quod Dei timorem.* 5. ibi *Ad Ecclesiarum Parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis Officium exercere. De Statu Monach. & in Clem. Dudum. §. huiusmodi de Sepult. ibi, Parochiales Ecclesie, & ipsarum Curati, sive Rectores, qui ministrare habent Ecclesiastica Sacramenta, quibus noscitur de jure competere prædicare, seu proponere Verbum Dei.*

Quarta: Quia à Sacro Tridentino Concilio renovatur, & strictè injungitur hoc officium sess. 5. de reformatione. cap. 2. sess. 22. cap. 8. de Sacrific. Missæ, d. sess. 23. cap. 1. de Reformatione. & sess. 24. de Reformatione.

cap. 4. & cap. 7. in quibus omnibus capitulis præcipitur Parochis, ut prædicent, & doceant populum fidem Catholicam, & legem divinam Dominicis, ac aliis festis diebus.

Quinta. Quia idem mandat Synodus Patavina Par. 1. cap. 7. his verbis: *Parochi igitur, curamque animarum exercentes omnibus Dominicis, ac solennibus diebus hoc concionandi munere inter Missarum solennia, ex Concilii Tridentini Decreto fungantur.*

Sexta. Quia extat Præceptum Eminentissimi Nostri Præfulis, innovatum in Decretis Congregationis Generalis Parochorum, habitæ coram Eminentia sua die 26. Septembris 1684. ubi num. 1. jubet; quod in Verbi Dei prædicatione, ac Doctrina Christiana explicatione omnes Parochi sint ferventes.

Septima. Quia, ut habetur in Epistola Pastoralis ejusdem Eminentissimi nostri Præfulis diei 30. Julii 1681. Parochi ex contractu inito in acceptatione Beneficii se ipsos obligaverunt, & sponderunt prædicare, juxta illud: *Filii, si spondestis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es Verbis oristui.* Prov. 6. 1. Quapropter Christus Dominus exigit à Parochis rationem prædicationis ex iustitia tanquam extraneus, idest creditor; nam, ut ait S. Thom. in Epist. ad Hebr. capitul. 13. lect. 3. *Dicitur Christus extraneus, quia amicus est in sponione, sed erit extraneus in exigenda ratione.*

Octava, ob illam tremendam Sententiam S. Joan. Chrysof. Hom. 34. ad Heb. *Mirror, asferri possit, ut aliquis ex Rectores animarum sit salvus? Nam Omnium, quos regunt, Mulierum, & Virorum, & Puerorum ab eis reddenda est ratio; ut confideravit Eminent. D. Præful. Noster in alia Epistola sua diei 12. Martii 1681.*

Nona. Item ob grave illud dictum S. Isidori libr. 3. Sentent. *Sacerdotes curam gerentes animarum pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccatores non corrigant, testante Domino ad Prophetam, Speculatorem dedi te domui Israel: si non fueris locutus, ut se custodiat impius à via sua mala, ille in impietate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Ezech. 3. 17.

Decima. Quia Parochos Civitatis non prædicantes ex motivo desertudinis, non esse excusandos à peccato mortali ait Bonacina in tertium Præceptum Decal. dist. 5. quæst. Unica. punct. 2. num. 29. juxta illud Dispensatio est nobis celestis Seminis injuncta: *Vae! si non sparserimus: Vae! si tacerimus:* cap. Dispensatio. 5. dist. 43.

Undecima. Quia è contra Parochis prædicantibus, & Verbum Dei suis ovis sollicitè proponentibus æterna gloria, ac præmium magnum in Cælo dabitur. *Si autem tu annuntiaveris impio, & ille non fuerit conversus ab impietate sua, & à via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.* Ezech. dist. cap. 3. 19. Siquidem: *Qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Dan. 12. 4. Et *Qui fecerit, ac docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum.* Matth. 5.

Duodecima. Ob remunerationem spirituales, ac temporales, quam DEUS elargitur etiam in hac vita Parochis explicantibus legem suam, eamque populum docentibus, ut legitur in cap. Revertimini. 16. quæst. 1. ibi *Qui scripture Sanctæ alimenta in Eccle-*